



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ivsti Lipsi[i] Sapientiae Et Litterarvm Antistitis Fama
Postvma**

Lipsius, Justus

Antverpiae, 1629

Cap. VII. An ingenij dotes submittat Idolo Hallensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70662](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70662)

C A P . V I I .

An ingenij dotes submittat Idolo Hallensi.

RE D A N I V S . Largissimas ingenij animique dotes, largissimam Dei manu in te collatas , veluti fasces supremi in litteris honoris atque imperij submittis Idolo Hallensi ; & talenti tui diuinum munus defodis ad eius aram.

LIPSIVS . Hic feris , ibi palpas . nimirum : * E'z τε απτ' * Ex eodem
σόματος βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ αμερόν . O te Ioabum , Abnerum ore dulce &
Lipsiuim ! Sed hic cum tibicineim ad ostium Lipsij cane- amarum
re iussisti , ad Diuam deflectis , in quam desauias . & quid manat.
tibi cum isto axe ? quid culici cum elephanto ? quid hic fauos
spargis & felli misces ? quid rosas , & ingenij mei mulsa , quid
litterarios fasces substernis Idolo ? At ego id facio , qui submitto Idolo Hallensi . Cornua tibi esse putabam ; nunc mugis ,
vacca es . Tam stolida a te ? imo tam fatua ab homine ? Nullum
mihi Hallis idolum . neque hoc dices , si ab Apostolo idolum didicisses . Imago ibi Diuæ meæ , Dominæ meæ , cui post
Deum , Dei matri , SALVTIS & CLEMENTIAE non
vnam aram debeo . Ringere : & si voles , cum Ischariotâ dis-
rumpere . Ego illi , quidquid in hoc pectore eruditionis , ma-
cto victimam ; felix , si admittat . Ego illius pedibus , quid-
quid hic ingenij , substerno arenam ; beatus , si calcauerit . Ego
hæc talenta , diuinum munus , defodio ad illius aram , quæ
etiam seruatum it eos ipsos qui se perdunt . Ego eruditionis
(fas sit ita loqui) stellas omnes spargam & defigam in hoc secundo cæli vertice . Sed & huius Diuæ , Dei Matris , quæ Hallis est , effigiem venerabor . Factum hoc Imperatoribus , quo-
rum imagines in signis , & effigies etiam in castris : atque ad eas
exteri ducebantur ; & in obsequij signum venerabantur , ac
tamenquam præsentem adorabant . Tacitus Annal . xv . Medo
tribunal , & tribunal effigiem Neronis sustinebat . ad quam progressus
Teridores , cæsis de more victimis , sublatum capite diadema imagini
subie-

*sabiecit. & ego, verebor, Diuæ nostræ, Dei Matri, imagines
arásque ponere? venerari? non si te tuósque omnes rediuiuos
patiar Achitofelos:*

*Quales nec statuas imaginesque,
Aere aut marmoribus, coloribusque,
Mentor, Praxiteles, Scopas dederunt:
Quantas nec Polycletus ipse finxit,
Nec fit Phidiaco figura cælo,*

tantas maiorésque etiam dabo; si non ære, aut perituro mar-
mores, calamo hoc, & LIPSIANO (abi inuidia) calamo
æternum cum bono Deo perennaturo. Sed neque res mihi
magna vlla, sine hoc sidere, Dei matre: addo, nec Christianorum vlli. Ut enim Architectis opus nullum rectè proce-
serit sine libellâ ac lineâ: non item mortalibus nobis, sine
normâ hac directrice.

C A P. VII.

An coactionem in Religione inducat.

RE DANIVS. Libertatem apud nos (nec aliud in ore
tuo) eoque nomine Ordines huius assertores probare &
laudare tibi solenne. homines nos esse, ratione non ferro du-
cendos, liberos nos, ac proinde liberam Religionem, liberum
de Deo sensum. nunc ad vnam aliquam arbitraris cogendos.
hanc mentem si repressisses, venia dignus eras; nunc cum ad
eamdem, tamquam face, Principes accendas, quis perferat ni-
si seruus natus?

LIPSIUS. Hic vnguis in tuo vlcere. Quid inclamas?

*Daspatum tenuemque moram, male cuncta ministrat
Impetus.*

tecum habita. te, teipsum in concilium aduoca, daminabis
hunc damnatum tuum æstum. Et quod tibi tuisque assidue
in ore, Augustinus refellit: *Frustra dicas, Relinquer libero arbi-
trio. cur enim non in homicidijs, & stupris, & quibuscumque alijs
faci-*

Contra
Crescent.
cap. 51.